

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Anthropologia Anatomico-Physica**

**Baumer, Johann Wilhelm**

**Francofurti, 1784**

**VD18 11680695**

Cap. XXXVIII. De nervorum actione ac spiritibus animalibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16622**

ternus in ligamento interosseo, inter pollicis extensorem longum atque tibialem anticum, missis ad musculos vicinos ramulis, sese demittens, atque ligamentum annulare penetrans, sub extensore digitorum brevi, cui atque interosseis externis filamenta dat, pedis dorsum adit, atque ad partes pollici primoque digito contiguas pergit. Externus eius ramus inter fibulam, musculum peroneum posticum longumque digitorum extensem, emissis in illos ramulis, descendens, ac ligamentum annulare supergrediens, pedis dorsum petit, ibique in duos ramos finditur, quorum alter pollici locisque vicinis, alter autem digito minori eiusque confiniis, tribuitur.

*Obs. I.* Extrematum nervi, in origine sua plexuosi, duriores multoque longiores, quam viscerum nervi, sunt.

*Obs. II.* Nervorum tibialis ac peroneorum ramuli copiosas sociates inter se ineunt, ac nervi in dorso plantaque pedis decurrentes in digitorum apicibus consimiles connexiones inter se faciunt.

## CAP. XXXVIII.

*De nervorum actione ac spiritibus animalibus.*

## §. I.

*Nervorum actiones.* **N**ervorum ope fluidum subtilissimum mobilissimumque, in encephali ac medullæ spinalis substantia medullari secretum,

spirituum animalium, vel fluidi nervae nomine veniens, sensibus externis atque internis, motibus ac nutritioni destinatum, ad corporis animalis organa perfertur. Vid. *Dn. Geor. Christiani Arnoldi* diss. de motu fluidi nervae per fibras medullares nervorum, Lips. MDCCLXVIII.

### §. II.

Nervus irritatus vehementis doloris sensum, & si causa eum irritans maior fuerit v. c. nervus ex parte dissecatus sit, convulsiones oriuntur. Nervo compresso, ligato vel resecto, actio partis illius, ad quam abit, ad tempus intercipitur vel prorsus cessat, v. c. sensus perit, & musculi paralytici fiunt ac contabescunt. Nervo iterum a compressione vel ligatione liberato, sensus, motus atque nutritio redeunt, nisi a compressione vel constrictione nervus interea laesus fuerit.

### §. III.

Sub sensus quidem spiritus animales non cadunt; atramen eorum existentia ex substantiae corticalis ac medullaris connexione, copiosissimo sanguinis arteriosi ad illam appetitum, proportionato utriusque incremento, nervorumque actionibus rite succendentibus, vel interceptis, concipi potest. Ex substantiae medullaris, nervorumque copia, magnam illorum quantitatem secerni, atque ad organa deferri, etiam augurari possumus. *Frid. Hoffmann* in med. rat. syst.



tom. I. sect. I. c. I. §. XVI. fluida, inquit, tenuiora, quæ impetum faciunt, & machinæ motum præstant, nil aliud quam subtilissima agillimaque sanguinis & seri pars sunt, quæ non tantum ex alimentis, sed etiam ex puriori aëris ætherisque fluido, magna potentia elastica instructo, originem habet. Num lumen animalium sudantium electricum, nocte tenebrosa observabile, atque oculorum radius tritorum scintillæ illis debentur? vid. *D. Jo. Hyacinthi Vogli historia fluidi nervi*, Bonon. MDCCXX. *D. Jo. Phil. Burggravii commentatio medica de existentia spirituum nervosorum*, eorumque origine, indole, motu atque effectibus in corpore humano vivo, sano & ægroto, Francof. MDCCXXV.

*Schol. I.* A vasculorum liquore, in funiculorum nervosorum interstitia exhalante, visibili, spiritus animales distinguendi sunt. De fluidi nervi circuitu vid. *l'Histoire de l'Acad. R. des Sciences* 1759. p. 134.

*Schol. II.* In insectis piscibusque partes detruncatae ad tempus aliquod moveri continuant; donec omnes spiritus, viscido irretiti, elastica fibrarum contractione expulsi sint.

## CAP. XXXVIII.

## De mammis &amp; lacte.

## §. I.

**E**xternis anterioribusque thoracis parti- *Mammae*, bus mammæ incumbunt, quæ ex singulari substantia albicante glandulosa (cor- pore glandulosum), multa pinguedine cir- cumdata, constant, cui tubuli lactiferi, non valvulosi, sed pinguedine hinc inde com- pressi, crebrioribus anastomosibus inter se, & cum vasis sanguiferis lymphaticisque valvulosis iuncti, interpositi sunt, atque ar- etissimis fistulis in papillam, vasculo- ner- vo- cavernosam, hiant.

## §. II.

Ad mammas vasa mammaria externa at- *Earum* que interna, anastomosibus epigastricis nixa, *vasa ab* abeunt; quæ connexio, una cum substantia *nervi*, mammarum glandulosa, in puerperis la- ctantibusque demortuis facile demonstrari potest. A nervis medullæ spinalis dorsuali- bus mammarum nervi veniunt, atque, il- lorum ope, cum splanchnico magno con- nexione habent. Vasa lymphatica, ra- rius in conspectum prodeuntia, *Thom. Warthonius* in adenogr. descriptis. Vid. *Jo. Bapt. Morgagni* advers. anat. III. fig. III. & *W. Comperi* anat. C. H. tab. XVIII.

Q

